

1158 triumphans gaudio. Imperator Mediolanensibus
sua conlata gratia exercitus suos versus prepo-
situram Moyses¹, quæ ad imperialem spectat coro-
nam, movet et ibi ex iure antiquorum impera-
torum regiam portat coronam², quamquam locus
ille a Papiensibus esset contrarius. Rex Boemie
infirmisade satis gravi arceptus in terram suam
post tot labores cum suis exercitibus ab imperatore
licentiam querit redeundi, quem ipse in persona sua
visitans ei per Brixiam dat licentiam redeundi.
Præter alia munera eum mille donat maris, quas
a Mediolanensibus acceperat. Mediolanenses enim
eum X milibus marcarum placaverant.³ Domino
Danieli, Pragensi episcopo, imperator secum in
Italia remanendi querit licentiam, qui eodem
tempore acutis lenebatur febribus. Erat enim
Italice lingue peritus et in curia imperatoris
acceptus et utilis. Quam quidem obtinet, verum-
tamen contra eius⁴ voluntatem. Ea nocte media
predictus rex in terram suam suas movet sta-
tiones. In curia imperatoris predictus episcopus

1) Monza.

2) Dieß Krönung, mit Trauen der Krone (Krönung von 1155
in Pavia, Otto Fris. II, 27 r. 132). To brief von Krönung mit Brief-
gesch. (VIII, 302). Bgl. Herzog's Chron. 2 n. 3 zu Rals. III, 50,
r. 226 n. Gieseler, 3. Aufl. d. lomb. Krönungst. d. s.
Gesch. 10. 46, r. 519.

3) Pülkawa o. a. O. bringt für Hof von einem Gaffel
von 10 000 Mark, das die Mailänder dem Kaiser König
grünge fallen.

4) Die Krönung des Königs? für das r. 1155 steht nicht
r. 79, für das grüne Gaffel nicht r.

1158 Mediolanensibus P